

## DE CONSERVIS, Sectio XXIII.

Caput: *Conserva* { Anthos, flor. Acori, Bertonica,  
Euphrasia, flor. Stechados,  
Flor. Salvia, flor. Lavendula,  
Majorana, Pzonix,  
Primula *Veris*, &c.

Pectus: *Conserva* { Hyssopi,  
Melissa,  
Capillorum *Veneris*.

Cor: *Conserva* { Flor. Borraginis, flor. Buglossa,  
Flor. Anthos, Arantii,  
Lychnidis, *id est*,  
Flor. Caryophyllorum,  
Melissa.

Calefacientes

Ventriculum: *Conserva* { Absinthii,  
Enula,  
Mentha, &c.

Hepar: *Conserva* { Absinthii,  
Fumiterræ,  
Flor. Sambuci, &c.

Splenem: *Conserva* { Asplenii,  
Fumiterræ.

Uterum: *Conserva* { Majorana,  
Melissa,  
Anthos, &c.

Juncturas: *Conserva* { Florum *Stachados*,  
Florum *Anthos*, &c.

Caput: *Conserva* { Flor. *Nymphaeæ seu Nenupharis*,  
Rosarum,  
Violarum, &c.

Pectus: *Conserva* Violarum, &c.

Cor: *Conserva* { Acetosæ,  
Rosarum,  
Violarum, &c.

Ventriculum: *Conserva* { Rosarum,  
Violarum, &c.

Refrigerantes

Hepar: *Conserva* { Florum *Cichorii*,  
Rosarum, Violarum, &c.

Splenem: *Conserva* { Rosarum,  
Violarum, &c.

Renes: *Conserva* Rosarum, &c.

Uterum: *Conserva* { Rosarum,  
Violarum, &c.

Juncturas: *Conserva* { Rosarum,  
Violarum, &c.

CONSERVÆ  
sunt flores, vel  
herbæ exactis  
simè concisæ,  
vel tuscæ, & sac-  
charo mixtæ:  
& vel

## DE CONSERVIS CAL- facientibus caput.

### Conserva florum Anthos.

R. Flor. Anthos recent. ℞ ℞.  
Sacchari albillimi ℞ j ℞.

Terantur simul in mortario marmoreo, pistillo ligneo: fiatque conserva in vase vitreo vel vitreato fictili, vel lapideo denso aliquandiu ad Solem: deinde ad annum vel biennium servanda. \* Valet ad confortandum cerebrum humidum, & nervosa membra, & ad melancholiam, & ad phlegma.

### Conserva Acori.

R. Radicum Acori veri ℞ j.

Bulliant in aqua ulquedum cocta fuerint, postea pistentur, & passentur per setaceum, deinde ponantur supra ignem, addendo

Sacchari ℞ ij.

Fiat conserva in modum opiatae. Insoleatur, & servetur per annum. \* Valet aegritudinibus cerebri & nervorum: valet in affectibus phlegmaticis. *Mesues.*

### Conserva Betonicae.

R. Bertonicae recentis & tenerae ℞ j.

Sacchari ℞ ij.

Folia in mortario lapideo terantur minutissime: saccharum vero coquendum est cum aqua betonicae ℞ ij, ultra syrapi consistentiam: deinde simul misceantur aliquandiu supra cinas, fiatque conserva, quae per annum in vase vitreato conservanda. \* Caput & ventriculum confortat, Venena ex corpore pellit. *Florentini Medici.*

### Conserva Euphrasiae.

R. Mense Julio vel Junio, Euphrasiae una cum

Horibus ℞ ℞.

Sacchari ℞ j ℞.

Contundantur simul in mortario lapideo minutissime, deinde ponantur in vase vitreato aliquandiu ad Solem quotidie agitando: postea servetur ad annum vel biennium. \* Cerebrum confortat, siccaturque: vitium acuit ac clarificat.

### Conserva florum Stachados.

Conserva Stachados eodem modo, quo conserva anthos, vel beton. paratur.

### Conserva florum Salyia.

R. Florum Salyiae recent. ℞ ℞.

Sacchari ℞ j ℞.

Pistentur simul in mortario marmoreo minutissime: deinde ponantur in vase fictili vitreato ad Solem aliquandiu, quotidie agitando: postea servetur ad annum. \* Ad omnia cerebri vicia ex frigida causa valet: ventriculum corroborat: obstructions aperit: ventriculi superfluos & noxios humores absorbit.

### Conserva florum Lavendulae.

Conserva florum Lavendulae vel spicae sic floribus recentibus contritis cum saccharo, eodem

A quo conserva florum anthos modo: insoleatur, & conservatur per annum. \* Cerebrum, ventriculum, hepar, splenem & uterum excaecat: ad suffocationes uteri, ad splenem induratum, & apoplexiam prodest.

### Conserva Majoranae.

Conserva Majoranae paratur ut conserva anthos, vel betonicae. Insoleatur, & conservatur per annum. \* Valet ad omnes frigidos & humidos cerebri, capitis & ventriculi affectus: jecinis obstructions referat: vitales spiritus fortificat, &c.

### Conserva Peoniae.

R. In Vere florum Peoniae recent. ℞ ℞.

Sacchari ℞ j.

Pistentur simul in mortario lapideo optimo: deinde ponantur ad Solem in vase vitreato per menses tres, quotidie agitando spatula lignea: postea conservetur ad annum. \* Ad epilepsiam & vertiginem valet: menstrua provocat: renum & vesicae calculos expellit: terrores nocturnos sedat, &c.

### Conserva Primulae Veris.

Conserva Primulae Veris, tempore Veris conficitur eodem modo, quo conserva Peoniae. \* Capiti & cerebro frigido conducit: hominem ab apoplexia tutum reddit, &c.

## DE CONSERVIS CAL- facientibus pectus.

### Conserva Hyssopi.

Conserva Hyssopimense Julio, vel Augusto ex floribus hyssopi & duplo sacchari conficitur eodem quo conserva florum anthos modo. Insoleatur, & ad annum conservatur. \* Pectori & pulmone prodest: tussim curat: humores frigidos & crassos in pectore attenuat, & consumit: cerebrum & ventriculum confortat.

### Conserva Melissa.

Conserva Melissa conficitur ut conserva ex floribus rosmarini. \* Cerebrum, cor, pectus, ventriculum roborat: melancholicis & tristibus confert: memoriam confirmat: menstrua pellit: uteri dolores, & suffocationes tollit.

### Conserva Capill. Veneris.

R. Capillorum Veneris ℞ j.

Sacchari albi ℞ ij.

Contundantur in vase lapideo, fiatque conserva, ad Solem primo, deinde ad annum conservanda. \* Valet pleuresi, & affectibus pectoris & pulmonis: in affectibus etiam melancholicis, & cholerae rubrae maxime, prodest.

## DE CONSERVIS CAL- facientibus cor.

### Conserva florum Borriginis.

R. Florum Borriginis recentium, à capitulo, cui inseruntur, purgatorum ℞ ij.

Saccha-

Sacchari albi ℥ xij.  
Contundantur simul bene in vase lapideo, pistillo ligneo: fiatq; conserva: infoletur, & in vase vitreato servetur ad annum. Dosis est ad ℥ j.  
\* Datur in tremore cordis, & in syncope: gaudium enim generat, & confert melancholiam.

*Conserva Buglosse.*

R. Florum Buglosse ℥ j.

Sacchari ℥ ij.

Terantur in vase lapideo, cum pistillo ligneo, fiatq; conserva in modum opiata: infoletur, & servetur per annum. \* Confortat cor-maniacis & melancholicis confert, etiam syncope, & cordis tremorem auferit: valet etiam cholera.

*Conserva florum Aurantii.*

R. Florum mal. Aurantium recent.

Sacchari albi ana ℥ j.

Contundantur ut supra, fiatq; conserva.

*Conserva florum Persici.*

R. Florum Persici recent. ℥ j.

Sacchari ℥ ij.

Contunde in vase lapideo: infola, & serva per annum. \* Lumbricos necat, atq; expellit.

*Conserva florum Caryophyllorum, id est,*

*Lychnidis coronar.*

R. Florum Lychnidis, qui ab odoris imitatione Caryophylli vocantur, ℥ B.

Sacchari albi ℥ j B.

Fiat conserva ad modum opiata. \* Cerebrum, caput & cor confortat: contra venena valet, atq; aërem pestiferum, atq; partum faciliat, &c.

COR quoque CALFACIUNT & roborant, Conserva Anthos, Melissa: de quibus supra.

DE CONSERVIS CALFACIENTIBUS VENTRICULUM.

*Conserva Absinthii.*

R. Thymi Venetiani ℥ ij.

Vini albi optimi ℥ j B.

Coque thymum ad ℥ xij. vini: deinde exprimito, & adde

Sacchari albi ℥ j.

Coque ad formam syrapi crassioris, deinde cum infrigidatum fuerit, adde

Absinthii viridis, optime incisi ac subtilissimi in mortario lapideo contusi ℥ xiiij.

Misce, ac reponatur.

*Conserva Enula.*

R. Radicis Enulae campanae ℥ ij.

Bulliat in aqua, usque dum cocta fuerit: postea pistetur, & passetur per setaceum, deinde ponatur supra ignem, addendo

Sacchari ℥ vj.

Fiat conserva in forma opiata. \* Valet ad confortandum stomachum, & membra nutritionis, & ad phlegma.

*Conserva Mentha.*

R. Menthae crispae ℥ B.

A Sacchari albi ℥ j B.

Contunde, infola, & serva per annum. \* Ventriculum calefacit ac roborat: vomitum compefcit.

DE CONSERVIS CALFACIENTIBUS HEPAR.

*Conserva Fumiterrae.*

R. Florum Fumariae ℥ B.

Sacchari albi ℥ j B.

Contunde simul in mortario lapideo, & fac conservam ad modum opiata: infola, & serva per annum in vase lapideo denso, vel vitreo. \* Scabie infectis confert: sanguinem mundificat: sudorem movet: ac regium morbum per sanat.

*Conserva florum Sambuci.*

R. Flor. Sambuci recent. ℥ j.

Sacchari albi ℥ ij, vel ij.

Pista in mortario lapideo simul: infola, & conserva. Durat per annum. \* Hydropicis confert.

C HEPAR etiam CALFACIT Conserva Absinthii: de qua supra.

DE CONSERVIS CALFACIENTIBUS SPLENEM.

R. Asplenii seu Ceterach ℥ B.

Sacchari ℥ j B.

Fiat conserva ad modum opiata. \* Ad eadem ad quae herba ipsa, valet.

D DE CONSERVIS EXCALFACIENTIBUS UTERUM.

UTERUM excalfaciunt ac roborant, Conserva Majoranae, Melissa, Anthos, &c. de quibus vide supra suo loco.

DE CONSERVIS EXCALFACIENTIBUS JUNCTURAS.

JUNCTURAS excalfaciunt roborantque,

E Conserva florum Anthos, florum Stachadis: de quibus vide supra.

DE CONSERVIS REFRIGERANTIBUS CAPUT.

*Conserva florum Nenupharis.*

R. Flor. Nymphaeae luteorum, recentium ℥ B.

Sacchari albi ℥ j.

F F Tere in vase lapideo, ac in formam opiatae confice: infola, & in vase fictili vitreato conserva ad annum. \* Febriticantibus, haeticis & pleuriticis confert: cerebrum refrigerat, somnumque inducit.

*Conserva Rosarum.*

R. Rosarum rub. recent. exunguatarum ℥ j.

Sacchari albi ℥ ij, vel ij.

Teruntur in mortario lapideo, reponuntur vase vitreo, aut vitrato, pergamenae operculato, mensibus trib. infolantur, in die saepe agitantur, post auferuntur, servantur ad biennium vel triennium. Sunt qui rosas omnino imperfectas condiant,

ut valentiùs adstringant. Datur ad ℥ j β. \* Ven-  
triculū & cor, & viscera reliqua firmat, ipsorum-  
que intemperiem humidam emendat. *Mesues.*  
Potest eadem cum oleo vitrioli confici: & fiet  
conserva vitriolata.

*Conserva Violarum.*

R. Violarum purpurearum recentium cauda  
& viridi seu calyculo purgatarum Tβ j.  
Sacchari albi Tβ ij. vel secundum Mesuē Tβ ij.  
Contundantur simul in vase lapideo, fiatq; con-  
serva. Annum durat. Datur ad ℥ j. \* Bilis incen-  
dium, sitimq; extinguit, alvum subducit. *Sylvius.*  
Quòd si huic oleum vitrioli permisceatur, fit  
conserva violarum vitriolata, ad suprā dicta mul-  
tò præstantior.

**DE CONSERVIS RE-  
frigerantibus pectus.**

PECTUS refrigerat Conserva Violarum: de  
qua suprā.

**DE CONSERVIS RE-  
frigerantibus cor.**

*Conserva Acetosa.*

R. Acetosæ Tβ β.  
Sacchari Tβ j β.  
Tere in mortario lapideo: deinde in sola, & ser-  
va per annum. \* Valet cholericis.

COR etiam REFRIGERANT, Conserva  
Rosarum, Violarum, &c. de quibus suprā.

**DE CONSERVIS REFRI-  
gerantibus ventriculum.**

VENTRICULUM refrigerant, Conserva

A Rosarum, Violarum, &c. de quibus suprā.

**DE CONSERVIS REFRI-  
gerantibus hepar.**

*Conserva florum Cichorii.*

R. Florum Cichorii recent. Tβ j.

Sacchari albi Tβ ij.

Terantur in vase lapideo optimè, deinde in vase  
vitrato ponatur ad Solem per aliquot hebdoma-  
das, & servetur conserva ad annum. \* Valet me-  
lancholicis & cholericis.

B HEPAR quoq; REFRIGERANT, Con-  
serva Rosarum, Violarum: de quibus suprā.

**DE CONSERVIS REFRI-  
gerantibus splenem.**

SPLENEM refrigerant, Conserva Rosarum,  
Violarum, Cichorii, &c. de quibus suprā.

**DE CONSERVIS REFRI-  
gerantibus renes.**

RENES refrigerant, Conserva Rosarum,  
Nymphææ, &c. de quibus vide suprā.

**DE CONSERVIS REFRI-  
gerantibus uterum.**

UTERUM refrigerant, Conserva Rosarum,  
Violarum, Nymphææ, &c. de quibus suprā.

**DE CONSERVIS REFRI-  
gerantibus juncturas.**

JUNCTURAS refrigerant, Conserva Rosa-  
rum, Violarum, &c. de quibus suprā.

*DE ECLEGMATIS sive LOCH, Sectio XXIV.*

ECLEMA, quod Arabibus Loch, La-  
tinis Linctus dicitur, thoracicum &  
pulmonicum est præsidium, ex me-  
dicamentis ferè dulcibus & deter-  
gentibus, ac etiam glutinosi, interdum  
amaris & acris parcius coctis,  
quàm electuario liquido, vel solido  
conveniat. Horum alia

Adstrin-  
gentia: Loch de papavere,  
Diacodion simplex Galeni,  
Diacodion Montani,  
Loch de psyllio.

Usualia  
seu offi-  
cinalia: Loch de ruffilagine simpl.  
Loch de ruffilagine comp.  
Loch de pino,  
Loch sanum & expertum,  
Loch passularum,  
Loch Antipatri,  
Loch de prassio,  
Loch de ervo,  
Loch de pulmone vulpis,  
Loch de scilla,  
Loch ad asthma,  
Loch de caulibus,  
Loch de carthamo,  
Loch ex allie.

Abster-  
gentia: Consolidantia: Loch de pulmone vulpis.

Minus usualia, &c. Vide litteras A.